

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. De miraculis, quæ Christus fecit circa homines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

C. 4. cap. 1. sup. rurantur unde Hieronymi. * dicit super Mattheum. In diebus illis ad hoc præsternentes tunc lumine maius retraxisse radios suos, ne aut penitentem uideret Dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Talis autem retractio non est sic intelligenda, quasi sol in sua potestate habeat radios emittere uel retrahere: non enim ex electione, sed ex natura radios emittit, ut dicit Dionysius. ¶ cap. 4. **C. 4. circ. 1. sup.** de Diuin. no. sed sol dicitur retraxisse radios, in quantum diuinam uitritute factum est, ut solis radij ad terram non peruenirent. **Origenes** * autem dicit, hoc accidisse per interpositionem nubium: unde super Mattheum. 1. 15. dicit: contueniens est intelligere quodammodo tenebro-silinas nubes multas & magnas concurrisse super Hierusalem & terram Iudeam, & ideo factae sunt tenebre profundae a sexta hora usque ad nonam. Arbitror enim sicut cetera signa quæ facta sunt in passione, si qualem est scissum, q̄ terra tremit, &c. In Hierusalē tantummodo facta sunt, ita & hoc. Aut si latius voluerit quis extendere ad terram Iudeam, propter hoc dicitur: tenebrae factæ sunt in uniuersa terra, quod intelligitur de terra Iudea, sic ut in 3. li Reg. dixit Abdias ad Eliam, Vixit dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnum, ubi non misericordia dominus meus querere te, offendens quod cum quæseriat in gentibus quæ sunt circa Iudeam: sed circa hoc magis credendum est Dion. qui oculata fide inspexit hoc accidisse per interpositionem Lunæ inter nos & Solen: dicit enim in Epistola ad Polycarpum, * in opinabili soli lunam incidentem videbamus, in Aegypto scilicet existentes, ut ibidem dicitur: & defigunt ibi quatuor miracula.

Quorum primum est, quod naturalis eclipsis Solis, per interpositionem Luna, numquam accidit nisi tempore coniunctionis solis & lune, tunc autem erat luna in oppositione ad solem, quintadecima extens, quia erat Pascha Iudaeorum: unde dicit, Non enim erat coniunctionis tempus. Secundum miraculum est, et cum circa horam sextam luna usq[ue] fuisse simul cum sole in medio celi, in uestibus apparuit suo loco, id est in Oriente opposita soli: unde dicit, Rursus ipsam uidimus, scilicet lunam, a nona hora (in qua recessit a sole celsitudibus tenebris) usque ad uesteram supernaturaliter restitutam ad diametrum solis, i.e. diatometraliter etoli opposita: & sic patet quod non est turbatus consuetus temporum cursus, quia diuina uirtute factum est, & quod ad solem supernaturaliter accederet prater tempus debitum, & quod sole recedens in locum proprium restitueretur tempore debito. Tertium miraculum est, quod naturalis eclipsis semper incipit ab occidentali parte solis, & peruenit usque ad orientalem, & hoc ideo quia luna secundum proprium motum, quo mouetur ab occidente in orientem, est uelocior sole in suo proprio motu, & ideo luna ab occidente uenies attingit solem, & pertransit ipsum, ad orientem tendens. sed tunc luna iam pertransuerat solem, & distabat ab eo quasi per medietatem circuiti, in oppositione exsistens, unde oportuit quod reuertetur ad orientem uersus solem, & attingeret ipsum primo ex parte orientali, procedens uersus occidentem. Et hoc est quod dicit, Eclipsim etiam ipsam ex oriente uidimus inchoatam, & usque ad solarem terminum uehementem (quia totum solem ecliplauit) postea regrediente. Quartum miraculum fuit, quod in naturali eclipsi ex eadem parte incipit sol prius reappare, ex qua parte incepit prius obscurant, quia, scilicet luna se solubicens, naturali suo motu pertransit uersus orientem, & ita partem occidentalem solis quam primo occupat, primo etiam dereliquerit: sed tunc luna articulose ab oriente

versus occidentem rediens, non pertransiuit sole, ut
esset eo orientalior: sed postquam peruenit ad terminum silos, reuersa est uersus orientem, & ita partem solis, quam ultimo occupauit, primo etiam dereliquit, & sic ex parte orientali inchoata fuit eclipsis; sed in parte occidentali prius incipit claritas appare, & hoc est quod dicit, & rursum uidimus non ex eodem idest nō ex eadem parte solis & defectum & purgationem, sed e contrario secundum diametrum factam. Quintum miraculum addit Chrys. * super Mart. dicens, quod tribus horis tunc tenebre permanerunt, cum eclipsi solis in momentu pertransierat. non n. habet moram, ut sciunt illi qui confide rauerint: unde datur intelligi, quod luna quieuerit sub sole, nisi forte tenuissimi dicere, quod tempus nebulosum computatur ab instanti, quo sol incepit obscurari, usque ad instantem in quo totaliter fuit repurgatus: sed sicut Origenes^{*} dicit super Mat. ad uersus hoc filii seculi huius dicunt, quomodo hoc factum tam mirabile nemo græcorum aut barbarorum scripsit. Et dicit, quod quidam nomine Phlegon in Chronicis suis scripsit hoc in principatu Tiberii Caesaris factum: sed non signavit quod fuerit in luna plena. Potuit ergo hoc contingerere, quia Astrologi ubique terrarum tunc temporis existentes, non solicitaruntur de obseruanda eclipsi, quia tempus non erat, sed illam obscuritatem ex aliqua passione aeris accidere putauerunt: sed in Aegypto, ubi raro nubes apparent propter aeris serenitatem permotus est Dio. & focii eius, ut praedicta circa illam obscuritatem obseruarent.

Hom. 39. in
March. mon-
multum 15-
ge & præc.
tom. 2.

Hom. 35. in
Mat. 10. 4 &
5. in fine as-
trenem ho-
lo. 3.

AD TERTIUM dicendum, quod praecepit oportebat in Christo diuinitatem per miracula ostendere, quando in eo maxime apparabat infirmitas secundum humanam naturam, & ideo in Christi nativitate stella noua in celo apparuit: unde Maximus dicit in sermone Nativitatis, Si præsepe despicias, erige parvum oculos, & nouam in celo stellam, protestam mundi nativitatem Dominicam, contuere. In passione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatem Christi apparuit: & ideo oportuit ut maiora miracula ostenderentur circa principia mundi lunisaria, & sicut Chrysostomus dicit super Matth. hoc est signum quod potentibus promittebat dare, dicens, Generatio prava & adultera signum querit & signum non dabit ei, nisi signum Iona prophetae crucem significans & resurrectionem: etenim multo mirabilius est in eo, qui crucifixus erat, hoc fieri, quam ambulante eo super terram.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter Christus circa homines miracula fecerit.

AD TERTIVM sic proceditur.
Videtur, quod inconuenienter Christus circa homines miracula fecerit. In homine enim potius est anima quam corpus: sed circa corpora multa miracula Christus fecit, circa animas vero nulla miracula legitur fecisse; nam neque aliquos incedulos ad fidem virtutis cœterit, sed ad mortēdo & exteriora miracula ostendēdo, neque etiam aliquos fatuos sapientes legitur fecisse. ergo uidetur quod non conuenienter sit circa homines miracula operatus.

¶ Super Questionis
quadragesima quar
te articulū tertiu.

Titulus clavis e.
In corpore
vna conclusio.
Conuenienter Chri-
stus circa homines
miracula fecit. Proba-
tur, ea que sunt ad fi-
ne, debent confon-
dere finit aduentus,
miracula doctrinaq;
Christi sunt ad falu-
tem humam, ut
finem ergo deperuerit
ei consonans, ergo que
dā faliuris circa ho-
mines conuenienter
miracula ad finem ui-
ersalis salutis: Mi-
nor pater, Ioan; 3, &
omnia clara sunt.

T 2 THIC,

QVAEST. XLIII.

ARTIC. III.

q. p. art. 4. **Hic**, sicut in mille locis, nota. Auctore nihil sibi arrogare de sanctorum doctrina sed singula quum potuisse complecti proprio nomine, maluit singulis doctrinibus tribuere, ut utramque doceret, & miracula Christi & humilitatem.

P. 2 Præt. Sicut supra dictum est, * Christus faciebat miracula uirtute diuina, cuius proprium est subito operari & perfecte, abique ad minuculo aliquius: sed Christus non semper subito homines curauit, quantum ad corpus; dicitur enim Marc. 8. qd apprehensa manus ceci, eduxit eum extra uicum, & expuens in oculos eius, imposuit manibus, interrogauit eum si quid uidetur, & aspiciens ait, uideo homines nectentes arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & caput uidere, & restitutus est ei iuſus, ita ut clare uidetur omnia, & sic patet qd non subito eum curauit: sed primo quidem imperfecte & per spumam, ergo uidetur non conuenienter circa homines miracula fecisse.

P. 3 Præt. Quia se inticem non consequuntur, non oportet quod simili tollantur: sed aegritudo corporalis non semper ex peccato cauatur, ut patet per illud, quod Dominus dicit Ioai. 9. Neque hic peccauit neque parceret eius, ut cecus naiceretur. nō ergo oportuit ut hominibus corporum curatione querentibus peccata dimitteret, sicut legitur fecisse circa paralyticum, Marth. 9. præfertim quia sanatio corporalis cum sit minus, quam remissio peccatorum, non uidetur esse sufficiens argumentum, quod possit peccata dimittere.

P. 4 Præt. Miracula Christi facta sunt ad confirmationem doctrinæ ipsius, & testimonium diuinitatis eius, ut supra dictum est; * sed nullus deus impide finem operis sui, ergo uidetur inconvenienter Christus quibusdam miraculose curatis precepisse, ut nemini dicere, ut patet Marth. 9. & Marc. 8. præfertim quia quibusdam aliis mandauit, ut miracula circa se facta publicarent, sicut Mar. 5. legitur, quod dixit ei, qd a demonibus liberauerat, uade in domum tuam ad tuos, & annuntia eis quanta tibi Dominus fecerit.

S E D C O N T R A est, quod dicitur Mar. 7. Bene omnia fecit, & furolos fecit audire, & muros loqui.

R E S P O N S U M Dicendum, quod ea, quæ sunt ad finem, debent fini esse proportionata: Christus autem ad hoc in mundum uenerat, & docebat, ut homines filios faceret, secundum illud Ioan. 3. Non enim misit Deus filium suum in mundum ut iudicet mundum: sed ut saluetur mundus per ipsum, & ideo conuenies fuit, ut Christus particulariter homines miraculose curando, ostenderet esse uniuersalem, & spiritualem, hominum saluatorem.

A D Q U A R I M V M ergo dicendum, quod ea quæ sunt ad finem, distinguuntur ab ipso fine. Miracula autem a Christo facta ordinabantur sicut ad finem, ad rationalis partis salutem, quæ consistit in sapientia illustratione & hominum iustificatione, quorum primum præsupponit secundum: quia, ut dicitur Sapientia primo. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subditio peccatis. Iustificare autem homines, non conueniebat nisi eis uolentibus: hoc enim est & contra rationem iustitiae, quæ rectitudinem voluntatis importat, & etiam contra rationem humanæ naturæ, quæ libero arbitrio ad bonum dicenda est, non autem per coactionem. Christus ergo uirtute diuina interius homines iustificauit, non tamen eis iniuitis, nec hoc ad miracula pertinet, sed ad miraculorum finem. Et si militer etiam uirtute diuina simplicibus discipulis diuinam iapietiam infudit, un dicit eis Luce uigesimo primo. Ego dabo uobis os & caro.

F pientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarii uestrí: quod quidem quantum ad interiorem illuminationem inter visibilia miracula non numeratur: sed solum quantum ad exteriorem actum, in quantum scilicet videbant homines eos, qui fuerant illiterati, & sine pliis, tam lapienter & constanter loqui; unde dicitur Actuum 4. Videntes Iudei Petri constantiam & Ioannis, comperto qd homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur. Et tamen huiusmodi spirituales effectus, eti a miraculis visibilis distinguuntur, sunt tamen quædam testimonia doctrina, & virtutis Christi, secundum il lud Hebr. 2. Contestante Deo signis & portentis, & uarijs uirtutibus, & Spiritus sancti distributionibus: sed tamen circa animas hominum, maxime quanti ad immutandas inferiores uires, Christus aliquam miracula fecit: vnde Hieronym. * super illud Marth. 9. Surgens fecutus est eum, dicit, Fulgor ipse & maiestas diuinitatis occulta, quæ etiam in facie reluebat humana, uidentes ad te trahere poterat ex primo aspectu, & super illud Marth. 21. Ejictebat omnes uidentes & ementes, &c. dicit idem Hieronym. + Melch. inter omnia signa quæ fecit Dominus, hoc uidetur esse mirabilius, quod unus homo & illo tempore contemptibilis, potuerit ad unius flagelli verbera tantam ejicere multitudinem: igne enim quiddam atque sydereum radiabatur ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie eius. Et Origen. * dicit super Ioan. Hoc est maius miraculum eo, quo aqua conuerta est in uinum, eo quod illic inanimata subsistit materia, hic vero totum uinum hominum donatur ingenia. Et super illud Ioan. 18. Abierunt retrosum & ceciderunt in terram, dicit Angul. + una uox turbans odij ferocem, armisque terribilem sinecte ullo percussit, repulit, stravit: Deus enim latebat in carne. Et ad idem pertinet, quod dicitur Luce quarto, quod Iesus transiens per medium illorum ibat: ubi dicit Chrysostomus, quod stare in medio infidianum & non apprehendi, diuinitatis eminentiam ostendebat, & quod dicitur Ioan. octavo. Iesus abscondit se & exiuit de templo: vbi Augustinus dicit, Non abi condit se in angulo templi, quasi timens, vel post murum aut columnam diuertens; sed diuina potestate se inuisibilem insidianibus constituens, per medium illorum exiuit. Ex quibus omnibus patet, quod Christus quando uoluit, uirtute diuina animas hominum immutauit, non solum iustificando, & iapietiam infundendo, quod pertinet ad miraculorum finem: sed etiam exterius alliciendo, vel terrendo, vel stupefaciendo, quod pertinet ad ipsa miracula.

A D S E C U N D U M dicendum, quod Christus uenerat saluare mundum, non solum uirtute diuina, sed per mysterium incarnationis ipsius. Et ideo frequenter in latione infirmorum non sola potestate diuina utebatur, curando per modum Imperii, sed etiam ali quid ad humanitatem ipsius pertinens apponendo: vnde super illud Lyc. quarto. Singulus manus imponens, curabat omnes, dicit Cyrilus, quamuis vt Deus potuisse omnes verbo pellere morbos, tangit tamen omnes, ostendens propriam carnem efficacem ad praefanda remedia. Et super illud Mar. 8. Expuens in oculos eius impositis manibus, &c. dicit Chrys. * Spuit quidem & manus imponit cæco, uolens ostendere qd uerbū diuinum operationi adjunctum miracula perficit: manus n. operationis est ostēsiua, spūti sermonis ex ore prolati. Et super illud Ioan. 9. Fecit lutum ex sputo, & linuit lutū super oculos cæci, dicit August. + De saliuia sua lutum fecit, quia uerbū caro

QVAEST. XLIII.

ARTIC. III.

147

caro factum est. Vel etiam ad significandum, quod ipse fecerat qui ex limo terra hominem formauerat, ut Christus dicit: est autem circa miracula Christi considerandum, quod communiter perfectissima opera faciebat, unde super illud Ioan. 2. Omnis homo primum bonum unum ponit, dicit Christus. Taliunt Christi miracula, ut multo his, quae per naturam sunt, speciosiora & utiliora sint, & similiter in instanti infirmis perfectam sanitatem conferebat: unde super illud Mat. 8. Et surrexit, & ministrabat illis, dicit Hic ron. Sanitas que conferatur a Domino, tota simul redit. Specialiter autem in illo caeo contrarium fuit proprius infidelitatem ipsius, ut Christus dicit. Vel sicut Beda dicit, quem uno verbo totum simul curare poterat, paulatim curat, ut magnitudinem humanae cecidatis ostendat, quia uix, & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam non nisi indicet, per quam singula perfectionis incrementa admittat.

AD TERTIVM Dicendum, quod sicut supra dictum est, * Christus miracula faciebat uirtute diuinaz Dei autem perfecta sunt opera, ut dicitur Deut.

32. Non est autem aliquid perfectum, si finem non consequtatur. finis autem exterioris curationis per Christum facta, est curatio animae, & ideo non conueniebat Christo, ut aliud corpus curaret, nisi ei curaret animam: unde super illud Ioan. 3. Tuum hominem sanuni feci in fabratio, dicit Angelus, quod curatus es, tu sanus es in corpore, & creditur, ut sanus es in anima. Specialiter autem parallelo dicitur, Dimittuntur tibi peccata, quia ut Hier.

Tract. in Io. 3. dicit super Mat. datur ex hoc nobis intelligentia propter peccata plenis que euenerit corporum debilitates, & ideo forsitan prius dimittitur peccata, ut causis debilitatis ablati, sanitas restituatur: unde & Ioan. 5. dicitur, iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. ubi dicit Christus. * Discimus quod ex peccatis nata erat ei agitudo. Quamvis autem, ut Christo, dicit super Mat. quanto anima est potior corpore, tanto peccatum dimittere maius sit, quamvis corpus sanare, quia tamen illud non est manifestum, facti minus quod est manifestius, ut demonstraret maius & non manifestum.

AD QVARTVM dicendum, quod super illud Matth. 9.

Videte ne quis sciat, dicit Christus. * Non est hoc contra nos, non multo longe annuntia gloriam Dei: erudit enim nos prohibere eos qui volunt nos propter nos laudare, si autem ad gloriam Dei refertur, non debemus prohibere, sed magis iniungere, ut hoc fiat.

Super quartu[m] quadra[n]t[u]m mequatu[m] arti culum quartu[m].

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter Christus fecerit miracula circa creaturas irrationalibus.

T Itulus clarus est. In corpore una coelum; conuenienter Christus fecit miracula in creaturis irrationalibus. Probatur. miracula Christi fuerunt ad monstrandum illius deitatem pro salute hominum, sed ad deitatem uirtutem. Specie libet omnia. ergo conueniens fuit, ut in omnibus generib[us] creaturarum Christi miracula faceret, ergo iirrobalib[us]. Oia clara sunt.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod inconvenienter fecerit Christus miracula circa creaturas irrationalibus. Bruta enim animalia sunt nobiliora plantis: sed Christus fecit aliquid miraculum circa plantas, puta cum ad uerbum eius est siccata fculnea, ut dicitur Mat. 21. ergo uidetur, quod etiam circa animalia bruta miracula facere debuisset.

¶ Prat. Peccata non iuste infertur, nisi pro culpa: sed non fuit culpa

fculnea, quod in ea Christus fructum non inuenit, quando non erat tempus fructuum. ergo uidetur quod inconvenienter eam siccauerit.

¶ 3 Prat. Aqua & aer sunt in medio celi & terrae: sed Christus aliqua miracula fecit in celo (sicut supra dictum est) similiter etiam in terra, quando in eius passione terra mota est. ergo uidetur quod etiam in aere & aqua aliqua miracula facere debuerit, ut mare dividetur, sicut fecit Moyses, vel etiam flumen, sicut fecerunt Toseph & Helias, & ut fierent in aere toni truvi, sicut factum est in monte Sinai, quando lex datur, & sicut Helias fecit 3. Reg. 13.

¶ 4 Prat. Opera miraculosa pertinent ad opus gubernacionis mundi per diuinam prouidentiam. hoc autem opus presupponit creationem. inconveniens ergo uidetur quod Christus in suis miraculis, nisi est creatione, quando scilicet multiplicauit panes, non ergo conuenientia uidetur sive eius miracula circa irrationalia creature.

SED CONTRA est, quod Christus est Dei sapientia, de qua dicitur Sapientia 8. quod disponit omnia sua uiter.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) miracula Christi ad hoc ordinabantur, quod uirtus diuinitatis cognoscetur in ipso ad hominem salutem. Pertinet autem ad uirtutem diuinitatis, ut omnis creatura sit ei subiecta, & ideo in omnibus creaturam generibus miracula eum facere oportuit, & non solum in hominibus, et sed in irrationalibus creaturis.

C AD PRIMVM ergo dicendum, quod animalia bruta propinque se habent secundum genus ad hominem, unde & in eodem dic cum homine facta sunt. Et quia circa corpora humana multa miracula fecerat, non oportebat quod circa corpora brutorum animalium aliqua miracula faceret, praesertim quia quantum ad naturam sensibilem & corporalem, eadem ratio est de hominibus & de aliis animalibus, praecipue testibus pescibus autem cum uiuant in aqua, magis a natura hominum differunt, unde & alio die sunt facti, in quibus miraculum Christus fecit in copiosa piscium captura, ut legitur Luc. 5. & Io. ult. & etiam in pisco, quem Petrus cepit, & in eo inuenit staterem. Quod autem porci in mare praecipitati sunt, non fuit operatio diuini miraculi, sed operatio demonum ex permissione diuina.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut Christus dicit super Mat. cum in plantis uel brutis aliquid tale Domini operatur, non queras qualiter iuste siccata est fculna, si tempus non erat: hoc enim querere est ultime de mentia, quia in talibus non inuenitur culpa & pena: sed miraculum inspicere, & admirare miraculi factorem, nec facit creator in iuriam possidenti, si creatura sua suo arbitrio utatur ad aliorum salutem: sed magis (ut Hilarus dicit super Mat.) in hoc bonitatis diuinae argumentum perimus, nam ubi afferre uoluit procurata per se salutis exemplum, uiratris sua potest statim in humanis corporib[us] exercuit: ubi uero in contumaces formam seueritatis constituebat, futuri speciem damnatio arboris indicauit, & precepit (ut Christus dicit) in fculnea, quae est humidissima, ut miraculum maius apparcat.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus est in aqua & in aere fecit miracula, quae sibi conueniebant, quia deo ut legitur Mat. 8. imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Non autem conueniebat ei, qui omnia in statu pacis, & tranquillitatis reuocare uenerat, ut uel turbationem aeris, uel diuisiōnē aquarū faceret, unde Apostolus dicit Heb. 12. Non accessisti ad Tertia S. Thomae.

*Hom. 48. i.
Mat. 4. dicit
de Hilt. sicc.
ne. to. 3.*

*c. 21. i. Mat.
parum ante
med.*

*Lore iam di
cto in prin.
huius solu
tionis.*